FLORA.

63. Jahrgang.

No. 2. **Regensburg, 11. Januar** **1880.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — J. Freyn: Fünf bisher unbeschriebene Arten der Mediterran-Flora. — F. v. Thümen: Pilze aus Entre-Rios. — Personalnachricht. — Anzeigen. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

X.

(Fortsetzung von Flora 1879 p. 298.)

131. *Synechoblastus japonicus* Müll. Arg., thallus suborbicularis, firme membranaceus, fuscescenti-olivaceus, opacus, utraque facie planus v. subplanus et laevis glaberque, lobi rotundato-obtusi, integri, nonnihil late undulati nec autem plicati, haud adpressi; apothecia sessilia, scutellaria, primum parva et crasse thallodice marginata, concava, evoluta dein $1^1/_2$ mm. lata et margine extenuato nonnihil circa discum planum prominente cincta, discus fuscus, madefactus rufescens; sporae in ascis octonae 30—40 μ longae, 5—7 μ latae, 3—5-septatae, ambitu fusiformes, utrinque longiuscule v. saepe subcaudato-acuminatae. — Satis *Leptogii tremelloidis* formam haud coerulescentem simulat et caeterum quasi medium tenet inter *Syn. nigrescentem* Anzi et *Syn. rupestrem* Trev., fere illius sporas et hujus habitum referens. A *Collemate laevi* Tayl. ex descript.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0019-7

loborum et apotheciorum etiam differt. Thallus subtus haud peculiariter inaequalis supraque nec granulosus nec furfuraceus est. — Habitat in Japonia austro-occidentali Muscis instratus. (specim. ab amic. Dr. Geheeb miss.)

132. *Rinodina Hüfferiana* Müll. Arg., thallus circ. pollicem latus v. minor, suborbicularis, margine effusus, cinereo-virens, granulosus, granula deplanata, angulosa, contigua v. dense in glebulas conglomerata; apothecia adpresso-sessilia, juniora $^1/_2$ mm. lata, margine cum thallo concolore integro cincta, evoluta $^2/_3$—1 mm. lata et margine latiore subgranuloso-undulato cincta, discus semper atro-fuscus, opacus, planus v. leviter convexus, a margine superatus; gonidia normalia, globosa, diametro circ. 10 μ aequantes; structura partium internarum fructuum similiter ac habitus (excepto colore) fere omnino ut in *R. horiza* Körb., sc. asci 8-spori, sporae 15—19 μ longae, 7—10 μ latae, fuscae, biloculares. — A proxima *R. horiza* Körb. differt thallo et margine apotheciorum virentibus, *R. leprosa* Körb. autem a nostra recedit thallo obscuriore et margine apotheciorum fuscescente. — Habitat ad truncos arborum prope Palestro Algeriae ubi a cl. Hüffer lecta et dein a cl. Lahm benev. mihi communicata fuit.

133. *Rinodina versicolor* Müll. Arg., thallus tenuis, diffluentim leproso-granulosus, e viridi cinerascens, margine effusus, absque linea hypothallina cingente, gonidia vulgaria circ. 10 μ lata, globosa; apothecia lecanorina et demum sublecideina, $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata et minora, adpresso-sessilia, nascentia thallo concoloria, discus fuscus, planus, madefactus vix tumescens et vix dilutior, margo primum virens, crassiusculus, semper modice prominens, demum fusco-nigricans; lamina et hypothecium hyalina, epithecium fuscescens; asci oblongo-obovoidei, 8-spori; sporae fuscae et biloculares, ellipsoideae, rectae v. subincurvae, 18—23 μ longae, 10—12 μ latae.

α. *viridis* Müll. Arg., thallus siccus laete viridis aut olivaceus, madefactus autem intense viridis, margo apotheciorum virens. — Habitat ad saxa prope Rio de Janeiro: cl. Glaziou.

β. *cinerascens* Müll. Arg., thallus siccus et madefactus e virente cinereus v. cinereus, margo apotheciorum ex olivaceo cinereus v. cinereo-albescens. — Habitat cum var. α.

γ. *lecideina* Müll. Arg., thallus albidus, valde depauperatus, apothecia integre fusca. — Habitat cum varr. α et β.

Juxta *Lecanoram infuscatam* Nyl. Chili p. 156 locanda est. — Etiam thallo obfuscato occurit sed hoc ex elementis alienis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0020-8

chroolepoideis fuscis ortum est. — Varietates quasi confluunt et intus bene quadrant.

134. *Lecidea patavina* Mass. Ric. p. 69, 1852.

v. *fusca* Müll. Arg., omnia ut in specie (quae eadem ac *Lecidea aequata* Krplh. Lichenenfl. Bay. p. 195 [1861], s. *Lecidella subuletorum* β *aequata* Körb.), sed apotheciorum discus praesertim madefactus fuscus v. pallido-fuscus v. rufescenti-fuscus. — Crescit ad saxa umbrosa gneissiaca silvarum prope Golzern in pago helvetico Uri, ubi a cl. prof. Gisler sen. lecta et mecum communicata.

Haec var. separationem genericam inter *Biatoram* et *Lecideam* Auct. iterum annihilat.

135. *Buellia deplanata* Müll. Arg., thallus obsoletus; apothecia dispersa, $^1/_4$—$^1/_2$ mm. lata, deplanato-tenuia, plana, margine tenui integro v. hinc inde arcuatim flexuoso v. varie turbido cincta, integre nigra et opaca; lamina hyalina, epithecium olivaceo-fuscum, hypothecium obscure olivaceum, crassius visum obscure olivaceo-fuscum, paraphyses apice fusco-clavatae, asci 8-spori; sporae 2-loculares, olivaceae v. fusco-olivaceae, oblongae, 12—15 μ longae, 4—$5^1/_2$ μ latae. — Lichen exiguus et inamoenus. Apothecia athallina vel ut videtur hinc inde in massa protothallina nigricante vix distincta sita, praesertim tenuitate disci apotheciorum insignita. Margo subinde valde flexuosus et subcontortus ut in quibusdam formis *Lecideae privignae*. Sporae angustiusculae et pallidius quam vulgo in genere tinctae. Juxta *B. stellulatam* Mudd locanda est a qua thalli defectu, apotheciis nanissimis et planis et forma sporarum facile recedit. — Habitat graniticola prope Rio de Janeiro (a cl. Glaziou benev. missa), mixta cum *B. anatolidia* Mass., *B. aberrante* Krplh.. *B. Glaziouana* (*Lecidea Glaziouana* Krplh. Lich. Glaz. p. 46).

136. *Graphis stenographa* Müll. Arg., thallus albus, tenuissimus, obsolete rugulosus, linea nigra v. zona latiore fusca cinctus; lirellae $^1/_7$—$^1/_8$ mm. tantum latae (valde angustae), $^1/_2$—$2^1/_2$ mm. longae, simplices v. hinc bifurcatae, saepius rectae v. longiores varie anfractuoso-curvatae, vulgo utrinque obtusae, emerso-sessiles, basi quasi emergentia longitrorsa thallina marginatae, atrae, nitidulae, margines angustissimi et laeves, arcte conniventes v. demum subhiascentes et discum cinereum subdetegentes, perithecium basi crasse integrum undique nigrum; sporae octonae in ascis circ. 30 μ longae et 7 μ latae, hyalinae, 6—8-loculares, obovoideo-cylindricae, utrinque obtusae. — A pro-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0021-4

xima *Gr. compulsa* Krplh. Lich. Glaz. p. 61 praesertim lirellis definite angustioribus, arctius clausis (ut in *Gr. longula* Krplh. Lich. Glaz. p. 57) distat et ab ea quasi eodem modo recedit ac *Gr. tenella* Ach. a *Gr. commate* Nyl. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasiliae prov. San Paolo (cl. Puiggari n. 136 b, 338).

β. *longiuscula* Müll. Arg., lirellae saepius 2—3 mm. longae, densae, arcuatim intricatae, vulgo altera extremitate obtusae, altera acute angustatae. — Habitat corticola prope Xiririca in Brasiliae prov. San Paolo (cl. Puiggari n. 136. pr. p.).

137. *Graphis leioplaca* Müll. Arg., thallus pertenuis et hypophloeodes, linea fusca cinctus, laevigato-aequalis et superficie laevis, argillaceo-albidus; lirellae 2—4 mm. longae, $\frac{1^1/_2—1^3/_4}{10}$ mm. (circ. $^1/_7$—$^1/_6$ mm.) latae, simplices v. raro ramulum obliquum gerentes, rectae v. varie arcuatae, sessili-emersae, basi utrinque margine thallino acuto laxo sublacero cinctae, nigrae, basi in sectione anguloso-dilatatae, rima angusta clausae, perithecium basi integrum, labia in sectione apice attenuata et saepe obtuse unicrenata, discus leviter tantum aperiens, niger, angustus; lamina hyalina; asci 8-spori, sporae 18 μ longae et 7 μ latae, 6—8-loculares. — Ab europaea *Gr. scripta* v. *limitata*, cui similis, differt lirellis paullo tenuioribus et labiis conniventibus acutis dorso saepius laevius v. profundius late unisulcatis et dein praesertim perithecio basi crasse integro. A *Gr. stenographa* et *Gr. compulsa* recedit thallo haud niveo-albo, insigniter laevi, marginibus subsulcatis, et a *Gr. anfractuosa* Eschw. lirellis longe tenuioribus et sporis minoribus. — Habitat corticola prope Apiahy Brasiliae meridionalis (Puiggari n. 136. pr. p.).

138. *Graphis virescens* Müll. Arg., thallus tenuis, virens v. cinereo-virens, obsolete rugulosus, linea nigro-fusca v. zona fusco-effusa cinctus; lirellae omnino sessili-emersae, basi subangustatae et a thallo liberae, $^1/_5$ mm. latae, $^1/_2$—$1^2/_3$ mm. longae, simplices v. raro ramulum brevem gerentes, rectae v. nonnihil flexuosae aut arcuatae, utrinque obtusae, nigrae, opacae, rima angusta aperientes, discus angustus, niger, perithecium basi integrum, labia laevia; asci 8-spori; sporae 25—45 μ longae, 6—11 μ latae, 10—13-loculares, ellipsoideo-fusiformes, utrinque obtusae. — Apothecia habitu satis illa simulant *Graphinae Ruizianae* (*Graphidis Ruizianae* Nyl. Prodr. N. Gran. p. 73). Species caeterum juxta proximas *Gr. compulsam* Krplh. Lich. Glaz. p. 61

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0022-0

et *Gr. anfractuosam* Eschw. Bras. p. 86 et Krplh. Lich. Warm. p. 389 locanda est, a quibus simul colore thalli et a priore insuper apotheciis validioribus abbreviatis basi non thallod. marginatis et sporis differt, a posteriore habitu et perithecio basi non attenuato jam segregatur, a simili *Gr. leptocarpa* Fée Ess. p. 36 t. 9 fig. 2 praeter alia jam sporis duplo minoribus differt. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasilia merid. (Puiggari n. 337, 343).

139. *Graphis striatula* Nyl. Prodr. N. Gran. p. 77.

v. *brachycarpa* Müll. Arg., lirellae in thallo albo valde numerosae et approximatae, saepius $^1/_2$—$^3/_4$ mm. tantum longae et circ. duplo longiores quam latae, hinc inde cum angustis et paullo longioribus mixtae, evolutae longitrorsum profunde plurifissae; sporae circ. 40 μ longae, 7 μ latae, 10—16-loculares.

Habitat corticola ad Apiahy Brasiliae merid. (cl. Puiggari absque num.).

140. *Graphis inusta* Ach. Syn. p. 85.

v. *prorepens* Müll. Arg., thallus argillaceo-pallidus, lirellae longissimae, 6—10 mm. longae, radiatim prorepentes, rami 2—4 flexuosi et patenter longi-pauciramulosi. — Reliqua omnia congruunt cum specie at primo intuitu valde recedit. — Habitat corticola prope Rio de Janeiro: cl. Glaziou n. 1896.

v. *medusulina* Müll. Arg., thallus pallidior v. albescens, lirellae subgregatim approximatae, stellatim et divergenter brevirameae et ramulosae, ramuli valde divergentes, evoluti apice obtusi. — Habitus fere ut in *Glyphide medusulina* Nyl., sed sporae et perithecium omnino ut in *Gr. inusta*. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasiliae prov. San Paolo: cl. Puiggari n. 340.

141. *Graphis leucoxantha* Müll. Arg., thallus niveus, tenuis, subfarinoso- v. granuloso-plicatulus, margine effuso-evanescens; lirellae adpresso-sessiles, $^1/_2$—$1^1/_2$ mm. longae, $^1/_3$—$^1/_2$ mm. latae, simplices, raro unirameae, rectae v. nonnihil curvatae imove subflexuosae, ambitu latiusculae, saepe ellipticae, utrinque obtusae, margines nivei, integri aut longitudinaliter rumpentes, sicci subclausi et rimam angustam ochraceo-pallidam ostendentes, madefacti magis discreti et discus tum satis apertus et flavescenti-vitellinus, planus v. subconcavus; perithecii margines superne in sectione cuneati, rotundato-obtusi, incurvi ibique fusci v. subfusci, basi autem quasi hypothecium inferum modice crassum molle et fuscescenti-viride formantes, cui impositum est hypothecium genuinum hyalino-viride; lamina hyalina,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0023-5

mollis; sporae in ascis circ. 4-nae, 14—18 μ longae, $4^1/_2$—$5^1/_2$ μ latae, 6—8-loculares. — Species valde distincta in vicinitate *Gr. leucocheilae* Nyl. Prodr. Nov. Granat. p. 79 locanda, a qua abundanter differt. — Habitat corticola prope Apiahy Brasiliae meridionalis: Puiggari (sine no.)

142 *Graphis schizoloma* Müll. Arg., thallus tenuissimus, hypophloeodes, per epidermidem maculam efficiens ochraceo-pallidam margine zona alba limitatam; lirellae $^1/_2$—$1^1/_2$ mm. longae, fere $^1/_3$ mm. latae, vulgo simplices v. subinde uno latere acute bifurcatae, saepius oblongo-ellipticae, utrinque acutae, adnato-sessiles v. basi nonnihil innatae, crasse thallodice marginatae, margines thallodici albidi, obtusi, demum longitrorsum profunde 1-sulcato-fissi, proprium fuscum tenuem (in sectione tenui pallidiuscule fuscum) fere omnino obtegentes; discus planus, latiusculus, caesio-fuscus, siccus depressus, madefactus autem valde inturgescens et convexus, tum prominens et fuscescenti-lividus; lamina hyalina mollis, epithecium fuscescens sed tenuissimum, hypothecium hyalinum; asci 8-spori; sporae circ. 24 μ longae et 8—9 μ latae, evolutae 6—8-loculares (quoad formam ut in *Gr. scripta*). — Characteribus pluribus convenit cum *Gr. inusta* sed discus madefactus definite pallidus et insigniter mollis et margines thallodici crassi. — Species insignis sed planta parvula, in vicinitate *Gr. albo-rosellae* locanda. — Habitat ad cortices prope Apiahy in Brasiliae prov. San Paolo ubi lecta a cl. Puiggari (absque no.)

143. *Graphina* Müll. Arg., gen. nov. a *Graphide* sporis parenchymaticis distinctum, caeterum omnino cum *Graphide* quadrans. — *Ustalia* Stitzenb. Flechtensyst. p. 154, excluso *Helminthocarpo*, paraphysibus densissime et intricatissime clathratim ramosis distincto. — Ustaliae nomen pro toto genere non adhibendum. — *Graphis* et *Graphina* series duas parallelas *Stictae* et *Stictinae* instar formant specierum numerosarum, quae eodem modo coordinandae sunt.

144. *Graphina Puiggarii* Müll. Arg., thallus late effusus, margine haud limitatus, tenuis, cinereo-albus, subverniceo-laevigatus, subnitidus; lirellae arcte sessiles, $^1/_2$—2 mm. longae, circ. $^1/_3$ mm. latae, vulgo elongato- v. lineari-ellipsoideae v. etiam late lineares, rectae v. raro subflexuosae, extremitatibus obtusae, undique tenuissime albido-vernicosae, margines obtusi, latiusculi, semel v. bis longitrorsum sulcati, superne demum inaequaliter denudando-nigricantes, rima angusta, subnigra, peri-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0024-1

thecium nigrum, basi deficiens, solum linea angusta nigra indicatum; lamina hyalina, epithecium nigricans, hypothecium angustum et hyalinum, in cortice aut in linea fusca peritheciali situm, asci 4-8-spori; sporae hyalinae circ. 30 μ longae, 9 μ latae, oblongo-ellipsoideae, circ. 8—10-loculares, loculi 1—3-locellati. — Prima fronte *Graphinam macellam* (*Graphidem macellam* Krplh. Lich. Glaz. p. 51) simulat et habitu et structura perithecii fere cum ea convenit sed haec a nostra differt lirellis minus emersis, magis sulcatis, perithecio basi integro, etiamsi haud raro modice ibi angustatum et sporis semper solitariis multo majoribus. Extus etiam quasi formam valde brachycarpam simulat *Graphinae vernicosae* v. *albicantis*, sed intus longe differt. — In vicinitate *Graphinae symplectae* (*Graphidis symplectae* Nyl. Prodr. N. Gran. p. 132) inserenda est. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasiliae merid. prov. San Paolo, ubi a cl. et egreg. J. J. Puiggari lecta et benev. sub no. 506 mecum communicata.

145. *Graphina dichotoma* Müll. Arg., thallus cinereo-albidus tenuis, sublaevis, nitidulus, lirellae e puncto centrali radiantes radii circ. 1 cm. longi, approximati, bis v. ter dichotome ramosi, rectiusculi, ramuli simplices v. lateraliter pauci-ramulosi; lirellae caeterum $^1/_4$ mm. latae, extus basi thallino-marginatae, parte emersa nudae et nigrae, margines tenues, rotundato-obtusi, laeves v. unisulcati, perithecium basi deficiens; epithecium cum tota lamina hyalinum, asci 3—4-spori; sporae 20 μ longae, 7 μ latae, hyalinae, oblongo-ellipsoideae, circ. 7-septatae, loculi pro parte bilocellati. — Ex affinitate *Graphinae sophisticae*, nulli nisi *Graphinae disserpenti* (*Graphidi disserpenti* Nyl. Andam. p. 16.) habitu arcte accedens, at lirellae magis exsertae et sporae duplo minores. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasiliae merid. prov. San Paolo: Puiggari n. 508.

146. *Graphina elegantula* Müll. Arg., thallus latus, valde tenuis, opaco-albus, sublaevigatus, superficie obsolete subpulverulentus, margine linea fusca cinctus; lirellae astroideo-ramosae, irregulariter e centro radiantes, radii vulgo semel v. his dichotome divisi, valde tenelli, circ. 3—4 mm. longi et $^1/_5$ mm. lati, ultimi saepe patentes v. divergentes varieque curvati, apice attenuati, omnes leviter tantum supra thallum emergentes, supra nudi et atri, opaci, margines valde tenues, crispuli, laeves v. minute longitrorsum sulcati, perithecium basi deficiens, epithecium angustissime rimiforme, discus niger vix aperiens, lamina

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0025-7

hyalina, asci 1—4-spori; sporae hyalinae 25—28 μ longae, 10—12 μ latae, oblongo-ellipsoideae, 6—7-loculares, loculi transversim 3- (2-) locellati. — Ob insignem gracilitatem lirellarum inter species affines in vicinitate *Graphinae sophisticae* distinctissima. — Habitat corticola prope Xiririca in Brasiliae austr. prov. San Paolo: Puiggari n. 139.

(Schluss folgt.)

Fünf bisher unbeschriebene Arten der Mediterran-Flora.

Von J. Freyn.

1. *Ranunculus (Batrachium) lusitanicus* n. sp. vel subspec. Heterophyllus, viridis [in sicco lutescens et nigrescens], caule fistuloso glabro vel superne subciliato; foliis parvis, submersis omnibus breve petiolatis repetite ternatis, divisionibus primariis subsequentibus longioribus vel aequilongis omnibus divaricatis setaceis tenuissimis; foliis emersis subtus sparse strigulosis supra petioloque brevi glabris, limbo subpentagonali ultra medium vel sub ad basin tripartito, lobis cuneatis medio apice tricrenato vel tridentato, lateralibus saepissime bilobis lobulis bidentatis; vaginis patentibus orbiculatis diaphanis albis glabris substrigulosis; floribus magnis pedunculis foliis triplo longioribus; calyce reflexo, sepalis oblongis obtusissimis albo marginatis glabris ad apicem substrigulosis; petalis contiguis albis calyce circa triplo longioribus obovatis subcuneatis multinervatis ungue brevi, basi lutea fovea nectarifera nuda instructis; staminibus numerosis (circ. 40) ovariorum capitulum haud superantibus, spica globosa, axi globosa hirsuta, carpellis circ. 20 glabris reniforme-obovatis apice obtusis rostro recurvo (deciduo) terminatis. 4. Junio.

Hab. Lusitaniae in Serra da Estrella (Herminii) ubi legit Junio 1879 Fonseca! [comm. Henriquez.]

Maasse: Untergetauchte Blätter von 1.0 cm. Länge auf 1.5 cm. Breite an bis zu 1.5 cm. Länge auf 2.5 cm. Breite (kleinere Dimensionen vorherrschend), der Blattstiel 0.3—1.2 cm. lang. Schwimmblätter: von 0.6 cm. Länge auf 0.8 cm. Breite bei 1.2 cm. langem Blattstiele an bis zu 1.0 cm. Länge auf 1.5 cm. Breite bei 1.7 cm. langem Blattstiele (mittlere Di-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0026-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: 63

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 17-24